



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens ad viginti sex Quæstiones priores, centum & septem
Disputationes in Capita diuisas

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1621

Disp. LXXVII. Quo pacto veritas sit in rebus extra intellectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80983)

dr. s. huius
questionis.

sua implet illud, ad quod ordinatur per intellectum diuinum: sicut etiam dictum est, veritatem esse in ceteris rebus. Veritas autem iustitiae est secundum quod homo seruat id, quod debet alteri secundum ordinem legum. Vnde ex his particularibus veritatibus non est procedendum ad veritatem communem.

Conclusio articuli est. Absolute loquendo verum primum est, quam bonum.

DISPUTATIO LXXVII.

Quo pacto veritas sit in rebus extra intellectum.

Quid sentiat Ferrariensis, cap. 1.

Refutatur opinio praecedens, cap. 2.

Opinio Capreoli & Soncinatis, cap. 3.

Probabilior sententia, cap. 4.

Ex praecedentibus elucidaetur doctrina articuli 3. & 4. huius questionis, cap. 5.

CAPUT I.

Quid sentiat Ferrariensis.

Ubi ad exactam horum articulorum explanationem necessarium sit intelligere, quo pacto veritas sit in rebus, sub vna tantum disputatione vtriusque doctrinam complecti, & quae ex articulo disputanda reliquimus, examinare decreuimus. In quaestione igitur proposita prima sententia satis celebris, & communis est, primo, veritatem esse realiter, & communis est, primo, veritatem esse realiter, & intrinsece in rebus omnibus naturalibus, eamque esse passionem entis, quae cum ipso recipitur. Secundo, hanc veritatem esse relationem conformationis, & conuenientiae rerum cum intellectu diuino, à quo, tanquam à causa, pendet. Tercio in operibus artis, veritatem esse conuenientiam cum intellectu, & idea artificis: quam opinionem docet Ferrariensis. contra gent. 6. 60. §. Aduerte, & plerique recentiorum sequuntur: quamvis eam dicat in eo capite §. Ex quibus sequitur, res esse veras ab extrinseco, sicut medicina dicitur sana ab effectu, eo quod possunt efficere in intellectu, cognitionem sui veram; tamen id docuit de veritate quam habent ex ordine ad intellectum solum speculatiuum, supra autem aperte docuerat, res comparatas cum intellectu practico, à quo pendet, esse simpliciter, & absolute veras non extrinsece, sed intrinsece & realiter relatione.

Videtur autem hac sententia S. Thom. in art. 1. huius q. cum enim definit, veritatem esse conformationem rei, & intellectus; dicit, ex parte vtriusque accipi posse veritatem, & conformationem: nempe & rei cum intellectu, & intellectus cum re. Vt autem explicet quomodo res intellectui comparata, dici possit vera, quatenus intellectui conformis est, inquit rem per se solum comparari cum eo intellectu, à quo ipsa pendet, naturalem videlicet cum diuino, artificialem vero (ut vocant) cum creato intellectu artificis. In eius igitur sententia res naturalis vera erit, quia assimilatur ideae diuini intellectus: res vero artificialis, quae imitatur similitudinem, & ideam artis.

Praeterea idem S. Thom. q. seq. art. 1. affirmat, in rebus quoque falsitatem esse: probat enim art. 4. illius q. veritatem, & falsitatem opponi contrarie: ex quo infert in art. 1. vtramque vere versari

circà idem genus subiecti: falsitatem itaque concedit non solum in operibus artis, sed etiam in rebus naturalibus: in illis quidem, quando deficiunt ab idea artis; quocirca falsa domus est, quae non habet eam dispositionem, quam idea artis praescribit: in his vero, quando deficiunt ab ordinatione diuini intellectus, quod solum contingit in actionibus malis, quae ratione actio peccati falsa dicitur. Vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? & contra, virtutis opus veritas vitae appellatur Ioan. 3. Cum S. Thom. consentit in omnibus Caietan. in art. 1. huius q. tamen in hac q. art. 6. §. Ad dubium autem, dicat, res appellari veras extrinsece tantum denominatione, ita ut nulla in rebus veritas sit formaliter, sed imitatur (inquit ille) seu adimplectur respectu intellectus diuini, & causaliter respectu intellectus nostri speculatiui: imò idem docere videtur S. Thom.

Hec sententia Ferrar. confirmari potest primum auctoritate Anselm. episcopi. de veritate cap. 4. & 5. ubi docet, veritatem esse in operatione voluntatis, & ideo dictum esse de diabolo, Ille in veritate non stetit: eam quoque esse in operationibus, non solum virtutis, sed etiam naturalibus; quoties agens iuxta naturam suam, ut debet operatur. Deinde ratione probatur sumpta ex definitione veritatis: cum enim veritas sit conformatio intellectus, & rei, recte colligit S. Th. in art. 1. huius q. sumi posse veritatem ex parte rerum, & ex parte intellectus: illa autem veritas, quae ex parte rerum est, debet esse conformatio, non cum intellectu, quem res per accidens, sed cum eo, quem res per se respiciunt; huiusmodi autem est intellectus diuinus, aut artificialis, qui sunt causa rerum: ergo res dicuntur verae, quia conformes sunt, aut cum intellectu Dei, aut cum intellectu artificis.

Psal. 4.

Ioan. 3.
Caiet.

Auctoritas
Anselm.
Ioan. 8.

Potremo ratione probatur.
S. Thomas.

CAPUT II.

Refutatur opinio praecedens.

Verum hac opinio in eo, quod secundo, & tertio loco asserit mihi non probatur, & quamvis iuxta sententiam, quam puto probabiliorem, verum tanquam passio entis in eo saltem debeat assignari, ut semper cum ipso recipitur, alia tamen ratione, quam hac opinio assignauit, id explicandum est. Primum autem ego non satis intelligo, quomodo doctrina S. Thom. in hoc art. secundum, & cum hac sententia Ferrar. constet: dixit enim in art. 1. huius q. verum primarie esse in intellectu, & inde in res ipsas derivari: è contra vero, bonum primarie in rebus, & inde in appetitum diffundi: quod si ita est; res erunt verae, quia sunt causa intellectus veri, non quia ipse sunt conformes intellectui: si autem veritas tam est conformatio rerum cum intellectu, quam intellectus cum rebus, ut idem S. Doctor in fine art. 1. & Doctores huius prioris sententiae docent; aequè primo rebus, & intellectui veritas conueniet, neque ab vno in aliud per analogiam derivari poterit. Quare licet res dicantur verae ex ordine conuenientiae cum intellectu, non proinde secundarie dicantur verae veritate ab intellectu communicata, intellectus enim dicitur verus non absolute ad se, sed ex ordine conformationis, & conuenientiae cum rebus; ob id tamen non dicitur habere veritatem, secundarie communicatam à rebus.

Porro, si in intellectu est primarie veritas, conformatio

3.

An constet
doctrina
Thomae.

2.

4.

formatio nempe cum rebus, sicut in animali est primarie sanitas, ipsa debita humorum habitudo: & veritatis denominatio in res ipsas derivatur, sicut denominatio sanitatis in medicinam; certe in rebus non dicitur esse veritas, quia sit convenientia, & conformatio cum intellectu, sed quia res sunt causa conformationis intellectus cum ipsismet rebus, sicut denominatio sanitatis in medicina non est ex aliqua bona habitudine in ipsa existente, sed ex eo, quod est causa bonæ habitudinis in animalis: quare veritas solum posset esse in rebus, aut tanquam in signo, aut tanquam in causa veritatis. Hæc etiam difficultas, quæ ex ipsis S. Thom. verbis oritur, iterum tractabitur art. 6. huius q.

Quod si auctores memorati iuxta prædictam sententiam asserant, æque primo in rebus, atque in intellectu veritatem reperiri ex mutua conformatione, & convenientia vnius cum alio, id quod meo iudicio sentit Ferrariensis, vnica ratione impugnari possunt, quæ talis est. Si in rebus primarie, & formaliter veritas aliqua inueniretur, ea esset simplex, & sine ordine ad enunciationem: quare in eis quoque falsitas hoc modo reperiretur, vt disp. 75. c. 3. in simili inferebamus; hæc enim duo contrarie opponuntur, ac proinde circa idem subiectum veritari debent, vt idem S. Thom. facit q. seq. artic. 1. & nos loco citato latius prosecuti sumus: at qui in rebus non reperitur primarie, & formaliter simplex falsitas, ergo nec simplex veritas. Porro si in rebus est primaria veritas, eam debere esse simplicem, nemo dubitat. Vt enim in illis non est enunciatio, ita neque veritas enunciationis formaliter, & primo esse potest; sed secundarie tanquam in causa: quia scilicet esse possunt causa, veræ aut falsæ enunciationis, aut saltem tanquam in signo. Superest igitur, vt ostendamus, in illis non posse esse simplicem falsitatem per defectum à regula intellectus, cum quo debent conformari, vt essent veræ: ex quo etiam probabitur, in rebus non esse simplicem veritatem: id vero monstratur primum in operibus artis: nam domus, si ab ædificata ita deficiat, vt cum ea non conformetur, aut ita deficiat, vt non habeat omnia, quibus essentialiter constare debebat, & sic non est falsa domus, quia non est domus: aut habet omnia, quibus essentialiter constituitur, manet tamen minus polita & perfecta, quam ars consummata postulat: & sic est vera domus, sed non bona: etiamque solum deficit integritas, & consummatio, quæ, vt est bonitas domus iuxta ea, quæ diximus disp. 23. non veritas illius, ita defectus integritatis erit malitia, non falsitas.

Cæterum obijciat aliquis primum, falsitas domus contingere potest, ex eo quod eius fundamenta alte iacta non fuerint, ex quo vulgo parietes falso fundati dicuntur. Respondeo, domum absque vilo prorsus fundamento, esse veram domum: nam qui illam ita appellaret, verum diceret: solum autem esse imperfectam, ac proinde malam. Dicitur vero falso fundata, & in ea fundamentorum falsitas reperitur, non tamen sine ordine ad intellectum componentem, & enunciantem: sicut cum aurum, vel alia res falsa appellatur: dicitur itaque falsitas esse in fundamentis, quia prout exterius tantum videtur, & apparet domus illa, iudicatur solida habere fundamenta, quæ reuera non habet: ergo, quia est causa falsi iudicii, ideo dici potest falso fundata: quæ sane doctrina fufius ex-

plicabitur infra, cum ostendemus, quo pacto in aliquibus rebus falsitas inueniatur.

Deinde obijciat aliquis, si domus aliqua fiat ex carbaso, sic accurate depicta, vt parietes ex lapidebus quadratis, & politis constructi videantur, illa erit falsa domus: in operibus igitur artis falsitas reperiri potest. Respondeo eodem modo, illam quidem esse veram domum, si habeat formam non tentorii, aut tabernaculi, sed domus: quod vero habeat parietes ex carbaso parum refert: ex hoc enim tantum sequitur, illam esse domum carbasinam, quæ poterat esse constructa ex lapidebus, aut ex lignis, aut ex lapidebus: varia enim materia non mutat formam, & speciem domus: esset tamen in ea domo carbasina, ita depicta, falsitas aliqua ex eo, quod apparet constructa ex lapidebus, ex quibus reuera non esset: hæc tamen falsitas esset in ea ex ordine ad intellectum sic falso indicantem, vt in superiori argumento dictum est. Pater igitur in effectibus artis, nec simplicem falsitatem, ac proinde nec simplicem veritatem reperiri. Sequitur, vt idem de rebus naturalibus probemus.

Deinde in rebus naturalibus simplicem falsitatem esse non posse, hac ratione ostenditur. Si in aliquibus ea esset, maxime in peccatis, vt S. Th. fatetur: qui defectus ille, qui est in peccatis, non tam falsitas, quam malitia dici debet: nam qua ratione operatio deficit, vel aduersatur Deo, dicitur mala malitia morali, vel quia est contra Dei voluntatem, & præceptum, vel quia hoc ipso, quod iure naturali est contra naturam rationalem, est etiam contra ipsum nature auctorem, vt 1.2. q. 71. a. 6. explicabitur, alius autem defectus in peccatis non reperitur: ergo in illis non est falsitas proprie accepta, quæ simplici veritati opponitur: dicuntur tamen interdum in Scriptura falsa, & mendacia, contra vero, opera virtutis vera, aut veritas, non quod eis insit veritas, aut falsitas simplex, de quibus nobis est præsens controuersia, sed quia sunt causa veri, aut falsi iudicii: peccatum enim ita homini apparet, vt ei delectationem, & plenum gaudium promittat, ex quo nascitur interdum in peccatore falsum iudicium de peccato, dum putat in eo se posse inuenire, in quo suus appetitus quiescere possit: quod tamen non ita contingit, contra vero, in virtute hoc plenissime reperitur, ex quo verum est iudicium, quod circa ipsam intellectus habet. Verum autem locus ille Ioan. 8. In veritate non stetit, intelligatur de veritate virtutis, & sanctitatis, an potius de ea, quæ opponitur mendacio, dicemus infra disput. 27. cap. 3.

De Anselmo vero, non multum curandum est, ille namque toto illo opusculo latissima quadam significatione veritatem vsurpat, & eam cum rei bonitate confundit. Dicit enim cap. 11. esse rectitudinem rei, & cap. 3. rectitudinem operationis, non solum moralis, sed etiam naturalis, cum quis operatur, vt debet, veritatem vocat, atqui bonitas, & veritas longe diuersæ sunt. Præterea alia docet, quæ non videntur admodum probanda.

Deinde impugnari posset hæc sententia ratione prima, qua ostendimus disp. 75. c. 3. in simplicis apprehensione non esse veritatem formaliter, eo quoque argumento quod 4. c. huius disp. in confirmationem nostræ sententiæ proferemus, vbi etiam fundamentum, quod pro hac sententia fieri solet, diluatur. Postremo refelli potest testimonio Arist. 6. metaph. c. 2. quod fufius explicauimus disp. 75. cap. 2.

Ferrari.

Veritatem non inueniri primarie & formaliter in rebus.

S. Thom.

In rebus ipsis non reperitur simplex falsitas.

Obiectio.

Solutio.

6
Secunda
negatur.
Solutio.In peccatis
non reperitur
falsitatem.
S. Thom.7
Opera melius
carbasina
na autem
vera dicuntur.Respondet ad
auariciam
Augustinus.Offendit
autem per
impugnari
sententiam
Ferrariensis.

Arist. 6. metaph. c. 2. quod fufius explicauimus disp. 75. cap. 2.

cap. 2. ubi Arist. dicit, verum, & falsum non esse in rebus, sicut est bonum, & malum.

CAPVT III.

Opinio Capreoli, & Soncinas.

CAPVT III. & IV.

407

155. cap. 8. Tamen non propterea dicimus de ratione formae, videlicet albedinis esse subiectum ipsum, quod album denominatur. Hæc ratio non solum contra Capreolum probat rem ipsam absolutam simul cum relatione illa conformationis, & convenientiæ ad rationem veritatis non pertinere, siquidem affectio rei non includit formaliter rem ipsam, cuius est affectio; sed etiam contra Soncinam ostendit, directam significationem veritatis esse solum relationem illam non subiectum, sicut de bonitate, & malitia morali pari quoque ratione dicemus 1.2. quæst. 20.

CAPVT IV.

Probabilior sententia.

Ceteris omnibus præstare videtur opinio, quæ docet non solum veritatem non esse in rebus formaliter, sed neque primarie illis convenire; ac proinde eas secundarie, & denominatione derivata ab intellectu veras appellari, sicut medicina dicitur sana ab animalis sanitate, quam efficere potest. Hanc sententiam tradunt *Herneus* quodl. 3. art. 2. *Durand* in 1. d. 19 q. 5. num. 14. & sequi videtur *Henricus* in *summa* art. 3. q. 5. littera L. & M. ea vero primum explicanda, deinde confirmanda nobis est. Primum igitur sic debet intelligi, ut veritas in rebus non solum sit relatio rationis: nam etiam in intellectu est huiusmodi, sicut disp. præced. dictum est: verum etiam in rebus ipsis denominatio veritatis sit secundarie ab intellectu derivata, ita, ut eo solum res dicantur veræ, aut etiam falsæ, quod sunt causa veri, aut falsi iudicii in intellectu, sicut medicina dicitur sana, quia est causa sanitatis. Ex qua doctrina sequuntur duo, vnum est, res esse veras ex ordine ad intellectum, non quia sint conformes intellectui Dei, aut artificis, ad quem, ut ad causam per se referuntur; sed quia sunt causa veri iudicii in compositione, aut divisione; atque idem eadem proportionem de falsitate dicendum est, ut inferius explicabitur. Alterum est omnem veritatem, aut falsitatem proprie, & primarie esse in iudicio enunciationis, & cætera omnia secundarie à veritate, aut falsitate intellectus vera; aut falsa nuncupari aut quia sunt causa illius; ut res; aut quia sunt signa, ut voces, & alia, quæ naturaliter significant id, quod est in intellectu, ut S. Thom. in hac q. art. 1. docuisse videtur: quare veritas rerum non erit relatio conformationis, aut convenientiæ cum intellectu Dei, aut artificis, sed quælibet vera, aut falsa dicetur ex eo, quod est causa veri, aut falsi iudicii: atque præter hunc modum veritatis, aut falsitatis in rebus, quem S. Thom. in illo art. 1. etiam fatetur non oportet alium concedere ex comparatione rerum cum intellectu Dei, & artificis, ut contendunt, qui priorem sententiam sequuntur.

Deinde hæc duo, quæ dixi, peculiariter non indigent confirmatione: ea enim satis perspicua sunt, si prius monstratum fuerit, res veras, aut falsas non alia ratione nuncupari, quam quia sunt causa veri, aut falsi iudicii in intellectu: id vero præterquam quod ex consuetudine aliarum opinionum probatum manet, cum aliis non videatur superesse modus, explicari, & confirmari amplius potest hac ratione. Quoties res aliqua dicitur falsa, non dicitur falsa simpliciter accepta, sed compositione, & enunciatione, aliqua tacite infinnata. Nulla

10

Capreol.
Soncin.

Verum in re-
bus relatio
relati-
o absoluti.
Iam, S.

S. Thom.

Veritatem
esse denomi-
nationem ab
intellectu in
res derivatam.
Herneus.
Durand.
Henricus.

Prima illa
tio.

Secunda illa
tio.

S. Thom.

Postea sen-
tentia præ-
batur.

Impugnatur
per id, quod
soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

soncin.

ta. Nulla enim res dicitur falsa relata ad id, quod est, licet habeat esse imperfectum, sed relata ad id, quod non est, in quo manifeste insinuat compo-
 12 positio enunciationis, ex ordine ad quam res illa appellatur falsa. v.g. nullum aurum quantumvis imperfectum dicimus falsum aurum, sed rem illam, quæ cum nullum habeat esse auri, exterius tamen apparet aurum: hanc autem falsum aurum appellamus ex eo, quod est causa deceptionis in intellectu, aut quia nihil omnino habet auri præter id, quod exterius apparet, aut quia tam parum habet, ut potius alia res sit, quam aurum: dicitur igitur falsum aurum, quia falso indicatur esse aurum.

Aristot.

Doctrinam hanc expressit Arist. 5. metaphys. c. 29. his verbis: *Falsum dicitur vno modo, ut res falsa: & huius hoc quidem, quod non componitur, aut quod impossibile sit componi. Vbi falsitatem rerum refert Arist. ad compositionem, vel quia vna res alteri non conuenit, quæ tamen possit conuenire, ut hominem sedere, si ambulat: aut quia conuenire non potest, ut diametrum commensurari colas: & paucis interiectis: Res itaque falsæ sic dicuntur, aut eo quod non sunt, aut eo quod phantasia ab eis facta, non ens est: idem statim docet de ratione; nempe omnem rationem esse falsam, relata ad aliud, quam ad illud, circa quod vera est. Ergo eodem modo de veritate philosophandum est: videlicet, ut aurum dicatur verum aurum, quia est causa veri iudicii enunciationis, quo indicatur esse aurum. Omnis igitur veritas & falsitas est in rebus secundarie, tanquam in causa, primarie vero in iudicio enunciationis.*

Soluitur argumentum oppositæ sententiæ.

Ex his facile dissolui potest argumentum allatum pro priori sententiæ: nam cum definitur veritas, *Est conformatio, seu conuenientia intellectus cum re*, non est ita accipienda definitio, sicut putarunt auctores prioris sententiæ, ut hæc conformatio sit ex vtraque parte, nempe intellectus cum re, & rei cum intellectu: sic enim æque primo in rebus, sicut in intellectu veritas reperiretur, ut primo cap. disp. monstratum est: sed definitio solum ex parte intellectus debet explicari, ut verba ipsius denotant: ac proinde veritas primarie constituta est in intellectu, in rebus vero secundarie, non prout comparatur cum intellectu Dei, aut artificis, tanquam cum causa; sed cum quocumque intellectu iudicante, ut paulo ante explicauimus. Iam igitur habemus definitionem veritatis positam in primo articulo pleno intellectam, cuius exactam explicationem in hunc locum remisimus: manet etiam examinata tota doctrina primi artic. quæst. sequenti, qui solus ex illa examinandus super erat. Nunc vero doctrinam huius artic. 3. & 4. seq. cap. paucis elucidare conabimur.

CAPVT V.

Ex præcedentibus elucidatur doctrina art. 3.
 & 4. huius quæstionis.

Quo pacto veritas sit passio entis.

EX ijs, quæ diximus, facile exponi potest primum, quoniam modo ens, & verum recipiuntur, & veritas veluti passio entis constituitur, de qua re proprie tractat S. Doctor in hoc art. 3. Supponendum autem est, veritatem non esse proprie passionem entis, in nostra præsertim opinione, qui putamus eam esse ens rationis; imo vero, qui existimant esse ens reale, idem quoque debent asserere: quoniam propria passio non inclu-

dit essentialiter in sua ratione conceptum subiecti, cuius est passio: veritas autem, si est ens reale, sine dubio includit in sua ratione conceptum entis, ac proinde non erit passio illius; parum autem refert, quod non includat rationem talis entis, ut auri, aut hominis: quia non constituitur passio eorum speciatim, sed cadit in vniuersum. Caterum quoniam recipitur cum ente, quod passionibus alicuius subiecti etiam conuenit, id eo passio entis nuncupatur. Qua vero ratione veritas, aut verum, quod idem est, cum ente conuertatur, ex superiori doctrina liquet. Omnis enim res ad id, quod ipsa est, aut ad seipsam relata, semper est causa veri iudicii, & falsi esse non potest: quare licet plumbum sit falsum argentum, est tamen verum plumbum, & æs licet sit falsum aurum, est tamen verum æs; res vero, quæ falsæ dicuntur, semper referuntur ad aliquid aliud, ut supra diximus.

Deinde explicandum est circa solutionem 3. quæ ratione verum dicatur obiectum intellectus, sicut bonum voluntatis: id vero præter explicationem, quam adhibuimus disput. 7.6. cap. 2. alio quoque modo iuxta mentem Caiet. in hoc articulo optime intelligi potest, ita ut bonum constituitur obiectum voluntatis, tanquam ratio formalis rei volitæ; quia nihil mouet ad prosecutionem, & complacentiam, nisi sub ratione boni apprehendatur: verum autem non sit ratio formalis in quocumque obiecto cognito; hæc enim ratio formalis est entitas: sed sic conditio quadam consequens, hoc est, denominatio proueniens ex respectu extrinseco ad ipsum intellectum, qualis etiam est denominatio intelligibilis: differunt tamen, quod hæc etiam tribuitur cuiusque rei quouis modo intellectæ: ratio autem veri solum conuenit rebus, quatenus esse possunt causa veri iudicii iuxta ea, quæ præced. cap. dicta sunt. Discrimen hoc inter bonum, & verum constituit Caiet. in hoc art. licet non satis explicet modum, quo sentit verum esse conditionem solum obiecti; eam tamen paucis indicauit, cum dixit verum esse generalem conditionem obiecti perficiens intellectum, quod doctrinæ tradite accommodari posset: nam eo obiecto dicitur intellectus perfici, quod est causa veri iudicii: eadem quoque ratione falsitas assignari potest, tanquam conditio obiecti intellectus, non tamen ita late patens, nec perficiens intellectum, sicut veritas, ut ex prædicta doctrina colligitur: quare, ut recte admonet Caiet. contra hanc doctrinam non pugnant argumenta Scoti in 1. dist. 3. q. 3. §. Sed contra istam conclusionem: ea enim solum probant, verum non esse rationem formalem cognitam obiecti, quod nos quoque cum Caiet. concessimus disput. 7.6. cap. 2.

Postremo quem ordinem habeant inter se verum, & bonum, de quo disput. S. Thom. art. 4. huius quæstionis, ex præcedentibus manifeste apparet: prius tamen, quid S. Thom. senserit, referamus. Inquit igitur verum prius esse secundum rationem, quam bonum: licet vtrumque cum ente conuertatur: id quod duabus rationibus confirmat. Primum quia verum propinquius conuenit enti, quam bonum; verum enim consequitur ipsam rationem entis simpliciter; bonum autem rationem entis perfectam: atqui prius est esse ens, quam esse perfectum: ergo prius est esse verum, quam bonum. Deinde sic argumentatur: cognitio naturaliter

aturaliter prior est appetitione, sed verum refertur ad cognitionem, bonum autem ad appetitionem: ergo eadem proportionem verum prius est, quam bonum. Hanc doctrinam sequitur Caiet. ibidem, & eam paucis explicat.

Mihi tamen ob alias duas rationes non satis probatur. Primum quoniam ratio boni non consequitur ens quatenus perfectum est, nam ut diximus supra disp. 23. bonitas, quæ passio entis constituitur, idem est, quod rei consummatio, & integritas, non autem convenientia cum altero: ergo quamvis bonitas in quadam significatione, qua vnum dicitur alteri conueniens, & est ratio obiecti appetitus, consequatur rationem entis perfecti: tamen ratio bonitatis, quæ est passio entis, ita proximè consequitur rationem entis simpliciter, sicut quæcumque alia: est enim perfectio ipsa, & integritas, quæ non potest consequi ens perfectum: cum potius sit ratio perfecti: atque hinc soluta manet prior ratio præcedentis sententia.

Deinde, ut constat ex art. 1. q. 5. & ar. 1. huius q. ratio boni est in rebus ipsis absque ullo ordine ad intellectum, siue sumatur pro integritate rei, siue etiam pro convenientia: veritas autem solum est in intellectu indicante, & enunciante: in rebus vero denominatione quadam extrinseca sub respectu ad intellectum, ut in hac disput. probatum manet: potius igitur bonitas prior est veritate, quam contra: atque hinc quoque posterior ratio præcedentis opinionis facile diluitur. Quamvis enim prior sit cognitio appetitione; tamen non propterea efficitur, rationem boni esse priorem veritate: quia si sumamus bonum pro eo, quod integrum & consummatum est; quodcumque ens in seipso bonum est, non ex ordine ad appetitum: si vero usurpetur pro eo, quod conueniens alteri est; nulla res dicitur bona ex ordine ad appetitum, aut ex eo, quod appeti potest: imo vero ex eo, quod bona, & conueniens alteri est, appetitur: ergo hæc ratio boni prius est in rebus, quam res ipsæ ad appetitum referantur: quare licet verum debeat ex ordine ad intellectum, & intellectio sit prior appetitione, non propterea verum est prius, quam bonum: quia bonum non dicitur ex ordine ad appetitum, ut probatum manet.

Doctrina tamen S. Thom. optime locum habet inter appetibile, & intelligibile: hæc namque duæ rationes in denominatione, & relatione extrinseca positæ sunt; altera ad intellectum, altera ad voluntatem: ac proinde, sicut prior est intellectio appetitione, eadem proportionem intelligibile, quod ab intellectu dicitur, prius erit appetibili, quod ab appetitu voluntatis sic nuncupatur: atque hæc circa quatuor priores articulos huius questionis dixisse sufficiat.

ARTICULUS V.

Vtrum Deus sit veritas.

AD quintum sic proceditur. Videtur quod Deus non sit veritas. Veritas enim consistit in compositione & diuisione intellectus, sed in Deo non est compositio, & diuisio. Ergo non est ibi veritas.

2. Præterea. Veritas secundum Aug. in libro de vera relig. est similitudo principij. Sed Deum non est similitudo ad principij. Vnde in 1. part. Tomus I.

cipium. Ergo in Deo non est veritas.

3. Præterea. Quicquid dicitur de Deo dicitur de eo, ut de prima causa omnium. Sicut esse Dei est causa omnis esse: & bonitas eius est causa omnis boni. Si ergo in Deo sit veritas, ergo omne verum erit ab ipso. Sed aliquem peccare est verum. Ergo hoc erit à Deo. Quod pater esse falsum.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 14. Ego sum via, veritas & vita.

Respondeo dicendum, quod sicut dictum est, veritas inuenitur in intellectu secundum quod apprehendit rem ut est, & in re, secundum quod habet esse conformabile intellectui. Hoc autem maxime inuenitur in Deo. Nam esse suum, non solum est conforme suo intellectui, sed etiam est ipsum suum intelligere: & suum intelligere est mensura & causa omnis alterius esse, & omnis alterius intellectus: & ipse est suum esse & intelligere. Vnde sequitur quod non solum in ipso sit veritas, sed quod ipse sit ipsa summa, & prima veritas.

Ad primum ergo dicendum, quod licet in intellectu diuino non sit compositio, & diuisio: tamen secundum suam simplicem intelligentiam iudicat de omnibus, & cognoscit omnia complexa. Et sic in intellectu eius est veritas.

Ad secundum dicendum, quod verum intellectus nostri est, secundum quod conformatur suo principio, scilicet rebus, à quibus cognitionem accipit: veritas etiam rerum est, secundum quod conformatur suo principio, scilicet intellectui diuino: sed hoc proprie loquendo non potest dici in veritate diuina: nisi forte secundum quod veritas appropriatur Filio, qui habet principium. Sed si de veritate essentialiter dicta loquamur, non potest intelligi, nisi resoluitur affirmatiua in negatiua: sicut cum dicitur, pater est à se, quia non est ab alio. Et similiter dici potest similitudo principij veritas diuina, in quantum esse suum non est suo intellectui dissimile.

Ad tertium dicendum, quod non ens, & priuationes non habent ex seipsis veritatem, sed solum in apprehensione intellectus. Omnis autem apprehensio intellectus à Deo est. Vnde quicquid est veritatis in hoc, quod dico, istum fornicari est verum, totum est à Deo. Sed si arguatur ergo istum fornicari est à Deo: est fallacia accidenti.

Explicatio doctrine Articuli.

Conclusio articuli est: In Deo non solum est veritas, sed etiam Deus ipse est summa, & prima veritas.

M m

nias.

Non satis probatur.

Doctrina S. Thom. soluitur.

103

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69.

ritas. Quæ ad veritatem Dei spectant, nova disputatione non indigent; sed ex superiori doctrina facili negotio deduci possunt. In Deo igitur duobus modis veritas reperitur, aut ipse potius dupliciter verus est, & ipsa veritas: uno modo, ea ratione, qua intelligit, sic enim ita certum de seipso, & alijs rebus iudicium habet, ut nullo pacto decipi possit: peculiari tamen ratione S. Thom. dixit, Deum esse summæ verum, vel ipsam veritatem, non comparatum cum alijs rebus, quas cognoscit, sed cum sua ipsius essentia, ut cognita ab ipso est: quia videlicet veritas intellectus est conformatio eius cum re ipsa, quam intelligit: sed Dei intelligere est sua ipsius essentia intellecta: ergo est summa convenientia inter ipsius intellectum, & rem intellectam; ac proinde summa veritas.

Sententia
S. Thomæ.

Expeditur.

Hæc sane ratio optime probaret, si veritas consisteret in convenientia, & conformatione conceptus formalis cum re cognita: quoniam in solo Deo intelligere, & res intellecta sunt idem. Ceterum cum probatum sit disp. 76. veritatem in intellectu non esse convenientiam conceptus formalis cum re cognita, sed conceptus obiectivi, vel rei cognita, quatenus cognita est, cum ipsamet re secundum se: alia sane ratione ego dicerem, Deum esse summam veritatem in iudicando; non quia sit summa unitas, & convenientia inter conceptum obiectivum, & rem ipsam secundum se; nam etiam in Beatis est maxima unitas, siquidem conceptus obiectivus, quem habent, est ipsemet Dei, qui videtur ab eis, sicut ipse est, Deus quoque esset summa veritas in iudicando res alias vel possibiles, vel etiam futuras: nam conceptus obiectivus, quem de illis habet, sunt ipsamet res secundum se.

Deus in sui
ipsius cogni-
tione peculiariter
est summæ
veritas.

Ea igitur ratione Deus est summa veritas in iudicando seipsum, quia maxime repugnat, Deum ipsum decipi in intellectione sui ipsius, tum ex parte intellectus, qui infinitus est, tum ex parte rei cognita, quæ cum sit primum ens, est maxime necessaria intellectus autem beati circa Deum clare visum decipi qui lem nequit, sed non eodem gradu necessitatis: quia non solum intellectus, sed lumen ipsum, creatum quid est, atque adeo non eodem genere necessitatis est verum in iudicando, quo Deus ipse. Deus etiam in iudicio aliarum rerum possibilium, & futurarum est veritas necessaria necessitate maxima, non ex rebus cognitis, sed solum ex ipsomet intellectu ob ipsius infinitatem proveniente: quocirca vera est doctrina illa S. Th. superius allata, videlicet Deum esse summam veritatem in iudicando seipsum, tamen alia ratione nobis probetur.

Quomodo
Deus in suo
esse verus ap-
pelleretur.

Altero modo Deus dicitur verus in suo esse, quia est maxime conformis intellectui: nam ut dixit S. Thom. art. 1. huius q. veritas rerum est conformatio, & convenientia earum cum intellectu: ceterum nullum sequatur absurdum, ita debet hæc veritas in Deo explicari, ut non dicatur verus, quia est conformis alicui intellectui, tanquam causæ, sicut Thomistæ allegati in superiori disp. de veritate aliam rerum dicebant, sed quia refertur ad intellectum, ut obiectum veri iudicii, non solum ad intellectum ipsius Dei, sed etiam ad intellectum creaturæ rationalis. Deus enim non est, qui verus Deus est, non potest esse causa, & obiectum falsi iudicii, quoties ipse iudicatur: re ipsa esse Deus, & princeps omnium, Contra vero

Iupiter, & Apollo, & alij, quos Ethnici, ut Deos colunt, ideo falsi Dij appellantur, quia iudicantur esse Dij, cum non sine ulla disp. præced. diximus, æs appellari falsum aurum, quia falso iudicio existimatur esse aurum: qua sola ratione veritatem, & falsitatem in rebus repetiri, in ea disputatione monstravimus.

Hic addere possumus tertium modum veritatis in Deo, quæ potius veracitas dicitur, quam veritas, & in testificando, & promittendo solum reperitur: atque in Deo maxima est, quam excogitari potest: siquidem ipsi quacunque ratione repugnat falsum asserere, quod 2. 2. quæst. 1. art. 3. fusius probabimus: repugnat etiam suo verbo, & promissione infidelem esse. Verum autem veritas Dei sit ens rationis, an ens reale, sine controuersia est inter Doctores: nam iuxta doctrinam superius traditam manifestum est, esse relationem quandam rationis, quous modo accipitur. Primum de veritate diuini intellectus in iudicando siue suam essentiam, siue aliam, id perspicue patet: veritas enim Dei hoc modo, aut est conformatio, & convenientia diuinæ intelligentiæ cum sua ipsius essentia intellecta, & hic respectus omnino debet esse rationis, siue consideretur ex parte conceptus obiectivi, siue formalis ad ipsam essentiam. Namque Dei ad seipsum non est realis respectus, nisi perionalis vnius personæ ad aliam. Veritas quoque diuini intellectus circa alia intelligibilia, siue futura, siue possibilia, debet etiam esse relatio rationis: quia Dei ad creaturas, etiam possibiles, non potest esse ullus respectus ex natura rei intrinsecus Deo, ut disput. 104. cap. 6. ostendimus.

Deinde de veritate diuinæ essentiae secundum esse, quocunque modo illa definitur, vel per ordinem ad diuinum intellectum tantum, vel ad creatum etiam iuxta diuersum modum superius expositum, idem probatur. Nam essentia diuina, neque ad intellectum diuinum, ut proxime dicebamus, neque ad ullam creaturam, ut disp. citata videbimus, ex natura rei referri potest. Quamobrem cum Socrates in sextum Metaphys. q. 17. dicat veritatem in rebus creatis esse relationem ex natura rei ad diuinum intellectum: tamen in essentia ipsa diuina dicit esse solum relationem rationis veritatem hoc modo accepit.

Postremo de veritate in testificando idem probatur: hæc enim est conformatio, & convenientia signi cum significato: talis autem convenientia in vniuersum est quid rationis: ergo veritas Dei, quous modo accipitur, est solum relatio rationis, sicut permulta alia, quæ de Deo prædicamus, ut suis locis distincte notatum est.

ARTICVLVS VI.

Utrum sit vna sola veritas, secundum quam omnia sunt vera.

Ad sextum sic proceditur. Vi-
detur, quod vna sola sit veri-
tas, secundum quam omnia sunt
vera. Quia secundum August. nihil est
maius mente humana, nisi Deus. Sed ve-
ritas est maior mente humana: alioquin
mens iudicaret de veritate. Nunc au-
tem omnia iudicatur secundum veritatem,
& non secundum seipsam. Ergo solus
Deus

Deus est veritas. Ergo non est alia veritas quam Deus.

2. Præterea. Ansel. dicit in lib. de veritate, quod sicut tempus se habet ad temporalia, ita veritas ad res veras: sed vnum est tempus omnium temporalium. Ergo vna est veritas qua omnia vera sunt.

Sed contra est quod in Psal. II. dicitur: Diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

Respondeo dicendum, quod quodammodo vna est veritas, qua omnia sunt vera, & quodammodo non. Ad cuius evidentiam sciendum est, quod quando aliquid prædicatur vniuersè de multis, illud in quolibet eorum secundum propriam rationem inuenitur, sicut animal in quolibet specie animalis: sed quando aliquid dicitur analogice de multis, illud inuenitur secundum propriam rationem in vno eorum tantum, à quo alia denominantur. Sicut sanum dicitur de animali, & vrina, & medicina: non quod sanitas sit nisi in animali tantum: sed à sanitate animalis denominatur medicina sana, in quantum est illius sanitatis effectiua: & vrina in quantum est illius sanitatis significatiua. Et quauis sanitas non sit in medicina, neque in vrina; tamen in vtroque est aliquid, per quod hoc quidem facit, illud autem significat sanitatem. Dictum est autem, quod veritas per prius est in intellectu, & per posterius in rebus, secundum quod ordinantur ad intellectum diuinum. Si ergo loquamur de veritate, prout existit in intellectu secundum propriam rationem, sic in multis intellectibus creatis sunt multæ veritates: & in vno, & eodem intellectu, secundum plura cognita. Vnde dicit glossa super illud Psal. II. Diminutæ sunt veritates à fin. hom. &c. Quod sicut ab vna facie hominis resultant plures similitudines in speculo, sic ab vna veritate diuina resultant plures veritates. Si vero loquamur de veritate secundum quod est in rebus, sic omnes sunt veræ vna prima veritate, cui vnumquodque assimilatur secundum suam entitatem. Et sic licet plures sint essentia vel formæ rerum, tamen vna est veritas diuini intellectus: secundum quam omnes res denominantur veræ.

Ad primum ergo dicendum, quod anima non secundum quamcunque veritatem iudicat de rebus omnibus, sed secundum veritatem primam, in quantum resultat in ea sicut in speculo secundum prima intelligibilia. Vnde sequitur, quod veritas prima sit maior anima. Et tamen etiam veritas creata, quæ est in intellectu.

Vasquez in 1. part. Tomus I.

Quoniam nostro, est maior anima, non simpliciter, sed secundum quid, in quantum est perfectio eius, sicut etiam scientia posset dici maior anima. Sed verum est quod nihil subsistens est maius mente rationali, nisi Deus.

Ad secundum dicendum, quod dictum Anselmi veritatem habet, secundum quod res dicuntur veræ per comparisonem ad intellectum diuinum.

Conclusio & summa totius articuli est. Si sermo sit de veritate, quam diximus esse in intellectu, in quo primarie reperitur, multæ sunt veritates, sicut multi sunt intellectus: si autem de veritate, quæ est in rebus, vna solum est veritas diuina, ex qua omnes res veræ denominantur.

ARTICVLVS VII.

Verum veritas creata sit æterna.

Ad septimum sic proceditur. Videtur, quod veritas creata sit æterna. Dicit enim Aug. in lib. de liber. arbit. quod nihil est magis æternum quam ratio circuli: & duo, & tria esse quinque. Sed horum veritas est veritas creata. Ergo veritas creata est æterna.

2. Præterea. Omne quod est semper est æternum: sed vniuersalia sunt vbique & semper: ergo sunt æterna. Ergo & verum quod est maxime vniuersale.

3. Præterea. Id quod est verum in præfenti, semper fuit verum esse futurum. Sed sicut veritas propositionis de præfenti est veritas creata, ita veritas propositionis de futuro. Ergo aliqua veritas creata est æterna.

4. Præterea. Omne quod caret principio, & fine est æternum, sed veritas enunciabilium caret principio, & fine. Quia si veritas incepit cum ante non esset: verum erat veritatem non esse, & vti que aliqua veritate verum erat, & sic veritas erat antequam inciperet. Et similiter si ponatur veritatem habere finem, sequitur quod sit postquam desierit: verum enim erit veritatem non esse. Ergo veritas est æterna.

Sed contra est, quod solus Deus est æternus, ut supra habitum est.

Respondeo dicendum, quod veritas enunciabilium non est aliud quam veritas intellectus. Enunciabile enim est in intellectu, & est in voce. Secundum autem quod est in intellectu, habet per se veritatem: sed secundum quod est in voce, dicitur verum enunciabile, secundum quod significat aliquam veritatem intellectus: non propter aliquam veritatem in enunciabili existentem, sicut in subiecto: sicut vrina dicitur sana non à sanitate, quæ in

Mm 2 ipsa

105

t. a. 19. q. 5.
a. 3. Et ver.
q. in art. 2.
lib. 2. c. 8. h. a.
bet vnum
simile 10. 2.

2. 10. ar. 3.

In dial. de
ver. ca. 14.
curia suem.

4. 1. 1. 4. q.

2. 1. 1. 4. q.
Aug. in
lib. 2. c. 8.
1. 1. 4. q.

106

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

1. 1. 4. q.

A.1. hui. q.

ipsa sit, sed à sanitate animalis, quam significat. Similiter etiam supradictum est, quod res denominantur veræ à veritate intellectus. Vnde si nullus intellectus esset æternus, nulla veritas esset æterna: sed quia solus intellectus diuinus est æternus, in ipso solo veritas æternitatem habet. Nec propter hoc sequitur quod aliquid aliud sit æternum, quam Deus, quia veritas intellectus diuini est ipse Deus, ut supra ostensum est.

A.2. hui. q.

Ad primum ergo dicendum, quod ratio circuli: & duo & tria esse quinque habent æternitatem in mente diuina.

Ad secundum dicendum, quod aliquid esse semper & ubique, potest intelligi dupliciter. Vno modo, quia habet in se, unde se extendat ad omne tempus & ad omnem locum, sicut Deo competit esse ubique & semper. Alio modo, quia non habet in se quo determinetur ad aliquem locum vel tempus, sicut materia prima dicitur esse vna, non quia habet vnā formam: sicut homo est vnus ab vnitate vnus formæ: sed per remotionem omnium formarum distinguendum. Et per hunc modum quodlibet vniuersale dicitur esse ubique & semper: inquantum vniuersalia abstrahuntur ab hic & nunc, sed ex hoc non sequitur ea esse æterna nisi in intellectu si quis sit æternus.

Ad tertium dicendum, quod illud, quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa sua erat, ut fieret. Vnde sublata causa non esset futurum illud fieri: sola autem causa prima est æterna. Vnde ex hoc non sequitur, quod ea quæ sunt, semper fuerit verum, ea esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, ut essent futura. Quæ quidem causa solus Deus est.

Ad quartum dicendum, quod quia intellectus noster non est æternus, nec veritas enunciabilem, quæ à nobis formatur, est æterna, sed quandoque incipit. Et antequam huiusmodi veritas esset, non erat verum dicere veritatem: talem esse, nisi ab intellectu diuino, in quo solum veritas est æterna, sed nunc verum est dicere, veritatem tunc non fuisse. Quod quidem non est verum, nisi veritate, quæ nunc est in intellectu nostro, non autem per aliquam veritatem ex parte rei: quia ista est veritas de non ente: non ens autem non habet ex se ut sit verum, sed solummodo ex intellectu apprehendente ipsum. Vnde in tantum est verum dicere, veritatem non fuisse, inquantum apprehendimus non esse ipsius ut præcedens esse eius.

ARTIC. VIII.

Conclusio est. In solo intellectu diuino, qui solus æternus est, veritas creata æternitatem habet: de cuius conclusionis doctrina, & ratione, qua ipsa probatur seq. disp. c.2. non nihil dicemus.

ARTICVLVS VIII.

Verum veritas sit immutabilis.

AD octauum sic proceditur. Videtur, quod veritas sit immutabilis. Dicit enim Augustinus in lib. 2. de lib. arbit. quod veritas non est æqualis menti: quia esset mutabilis, sicut & mens.

2. Præterea. Id quod remanet post omnem mutationem, est immutabile, sicut prima materia est ingenerata, & incorruptibilis, quia remanet post omnem generationem, & corruptionem. Sed veritas remanet post omnem mutationem, quia post omnem mutationem verum est dicere esse vel non esse. Ergo veritas est immutabilis.

3. Præterea. Si veritas enunciationis mutatur, maxime mutatur ad mutationem rei. Sed sic non mutatur. Veritas enim secundum Anselmum est rectitudo quædam inquantum aliquid implet id quod est de ipso in mente diuina. Hæc autem propositio. Socrates sedet, accipit à mente diuina, ut significet Socratem sedere: quod significat etiam eo non sedente. Ergo veritas propositionis nullo modo mutatur.

4. Præterea. Vbi est eadem causa, est idem effectus, sed eadem res est causa veritatis harum trium propositionum, Socrat. sedet, sedebat, & sedit. Ergo eadem est harum veritas. Sed oportet quod alterum horum sit verum. Ergo veritas harum propositionum immutabiliter manet. Et eadem ratione cuiuslibet alterius propositionis.

Sed contra est, quod dicitur in Psal. 11. Diminutæ sunt veritates à filiis hominum.

Respondeo dicendum, quod (sicut supradictum est.) veritas proprie est in solo intellectu, res autem dicuntur veræ à veritate, quæ est in aliquo intellectu. Vnde mutabilitas veritatis consideranda est circa intellectum. Cuius quidem veritas in hoc consistit, quod habeat conformitatem ad res intellectas. Quæ quidem conformitas variari potest dupliciter, sicut & quælibet alia similitudo ex mutatione alterius extremi. Vnde vno modo variatur veritas ex parte intellectus ex eo quod de re eodem modo se habente aliquis aliam opinionem accipit. Alio modo si opinione eadem manente res mutetur. Et utroque modo fit mutatio de vero in

Circa doctrinam horum articulo-
rulo-
rulo-*Sententia S. Thomæ. cap. 1.
Probabilior opinio. cap. 2.*

CAPUT I.

Sententia Sancti Thomæ.

Difficilis sane videtur doctrina huius artis. si cum ea conferatur, quam tradidit S. Th. in art. 1. huius quæst. & Thomistæ communiter sequuntur: cuius difficultatem ex parte tetigimus sup. disp. 76. c. 1. ad illius vero explicationem non opus est, longam disputationem instituire, sed primum quæ ipse ibi docuit referre, deinde, quid probabilius videatur, ex ijs, quæ hæcenus diximus, colligere.

Primum igitur in hoc articulo plane docet, formam tunc multiplicari in varijs subiectis, quando subiecta à forma vniuocè denominantur: huiusmodi est forma animalis, & caloris: tunc autem non multiplicari, etiam si multa ab ipsa denominentur, quando analogice solum ab vno in aliud denominatio deriuatur: sicut vitiæ, & medicina dicuntur sana ab vna sanitate animalis.

Ex hac verissima, & vniuersali doctrina colligit S. Doctor conclusionem articuli superius positam; nempe veritatem intellectus multiplicari, quia in singulis intellectibus creatis propria veritas reperitur, quatenus singuli intellectus à prima veritate eam participant in seipsis, veluti ab vna facie plures similitudines in speculum deriuantur. Hanc ergo deriuationem non putat esse extrinsecam denominationem solum ab vna forma; sic enim non diceret veritatem multiplicari, quin potius singulos intellectus ab vna Dei veritate appellari veros: sed esse realem multiplicationem plurium veritatum.

Neque vero refert quod de creaturis, & de Deo non dicatur vniuocè, sed analogice, sicut cetera omnia nomina, quæ Deo, & creaturis conueniunt: nam, quæ analogice aliquo nomine nuncupantur, possunt habere aliquando formam in se realem talis denominationis: ex eo vero analogice de illis nomen prædicatur, quod formæ illæ non sunt vnius rationis in singulis, quodam modo tamen assimilantur: tunc autem forma realiter multiplicatur, etiam si non vniuocè omnia illa eodem nomine significantur, & hæc est doctrina, quæ in priori parte conclusionis traditur.

Deinde ex eadem doctrina colligit posteriorem partem conclusionis, scilicet veritatem, quam in rebus esse dicimus, ex qua ipsæ veræ nuncupantur, non multiplicari in singulis, sed omnes ab vna Dei veritate veras applicari: in quo sane eandem putat esse rationem denominationis, quæ res veræ, & quæ medicina, & vitiæ sane nuncupantur: medicina autem, & vitiæ non dicuntur sanæ à sanitate in ipsis existere, & realiter multiplicata, sed ab vna sanitate animalis per extrinsecum respectum, & denominationem: ergo & res non dicuntur veræ à veritate ipsis inherente, sed ab aliqua extrinseca veritate.

In solutio autem 2. in hunc sensum intelligit sententiam Anselmi, qui in dialogo de veritate c. 14. prope finem asserit, sicut est vnum tempus, sub quo omnia corruptibilia continentur, ita esse vnam

*Forma dicta denominans quando multiplicatur, quando non.**Veritatem intellectus multiplicari in singulis intellectibus.**Ab vna Dei veritate res omnes denominari vniuersalem.**Confirmatur doctrina 3. l. 1. h. 1. autem vitiæ. Anselm.*

M m 3 vnam

ro in falsum. Si ergo sit aliquis intellectus in quo non possit esse alternatio opinionum vel cuius acceptionem non potest subterfugere res aliqua, in eo est immutabilis veritas. Talis autem est intellectus diuinus, ut ex superioribus patet. Vnde veritas diuini intellectus est immutabilis, veritas autem intellectus nostri mutabilis est: non quod ipsa sit subiectum mutationis, sed in quantum intellectus noster mutatur de veritate in falsitatem: sic enim formæ mutabiles dici possunt. Veritas autem intellectus diuini est, secundum quam res naturales dicuntur veræ, quæ est omnino immutabilis.

Ad primum ergo dicendum, quod Augustinus loquitur de veritate diuina.

Ad secundum dicendum, quod verum, & ens sunt conuertibilia. Vnde sicut ens non generatur, neque corrumpitur per se; sed per accidens, in quantum hoc vel illud ens corrumpitur vel generatur, ut dicitur in primo Physicorum. ita veritas mutatur, non quod nulla veritas remaneat, sed quia non remanet illa veritas quæ prius erat.

Ad tertium dicendum, quod propositio non solum habet veritatem sicut res alia veritatem habere dicuntur, in quantum implent id quod de eis est ordinatum ab intellectu diuino, sed dicitur habere veritatem quodam speciali modo, in quantum significat veritatem intellectus: quæ quidem consistit in conformitate intellectus & rei. Quia quidem subtracta mutatur veritas opinionis: & per consequens veritas propositionis. Sic igitur hæc propositio, Socrates sedet, eo sedente vera est: & veritate rei in quantum est quædam vox significatiua, & veritate significationis in quantum significat opinionem veram: Socrate vero surgente remanet prima veritas, sed mutatur secunda.

Ad quartum dicendum, quod sessio Socratis quæ est causa veritatis huius propositionis, Socrates sedet: non eodem modo se habet dum Socrates sedet, & postquam sederit, & antequam sederet. Vnde & veritas ab hoc causata diuersimode se habet: & diuersimode significatur propositionibus de presenti, præterito, & futuro. Vnde non sequitur quod licet altera trium propositionum sit vera, quod eadem veritas inuariabilis maneat.

Conclusio est. Veritas diuini intellectus immutabilis est, veritas autem intellectus nostri mutabilis, non quod ipsa sit subiectum mutationis, sed quia intellectus noster mutatur de veritate in falsitatem: hæc enim ratione formæ mutabiles dici possunt.

Vesquez in 1. part. Tomus 1.